



# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue      Cyan      Green      Yellow      Red      Magenta      White      3/Color  
Black

1870  
Baptist  
Methodist  
Reformed  
etc. Ministers Soc. Est. April

1870  
Baptist  
Methodist  
Reformed  
etc. Ministers Soc. Est. April

1870  
Baptist  
Methodist  
Reformed  
etc. Ministers Soc. Est. April

Sanctissimi in Christo Patris,  
& Domini Nostri, Domini

P I I

*Divina Providentia*

P P. VI.

LITTERÆ APOSTOLICÆ

Quibus nova collectio Regu-  
larum Congregationis Cle-  
ricorum Excalceatorum  
SSmæ Crucis, & Paasio-  
nis Domini Nostri  
JESU CHRISTI

V N A C V M

Illius Instituto confirmatur.

*recte*

*recte*

*recte*

ROMÆ MDCCCLXXV.  
Ex Typographia Rev. C. A.

*Superiorum facultate.*

ANTIQUARI

Sett.

A

Z



( III )

# PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

*Ad perpetuam rei memoriam.*



Ræclara virtutum exempla, quæ Supremus Sanctitatis Author in sua Ecclesia identidem initaurare non desinit, in illis potissimum clucent, qui divinæ gratiæ ductu, mundi illecebris abdicatis, optimam partem elegerunt, & sub regulari disciplina Apostolicæ vitæ instituta seftantes, non solum propriæ, sed aliorum etiam æternæ saluti se profutures pollicentur; eisdemque Romani Pontifices Prædecessores Nostræ tamquam in sinu fovere, & opportunitis adjumentis, quibus in suscepta Evangelicæ perfec-

## ( IV )

etionis via facilius , ac sectis  
rius progrediantur , semper au-  
gere studuerunt . Propterea  
Nos , Divino consilio ejusdem  
Catholicæ Ecclesiæ regimini  
præfidentes , omnem curam im-  
pendimus ad tuendam regularis  
disciplinæ firmitatem , novisque  
Operariis in illa constitutis , Re-  
gulas , quæ post maturum , diu-  
turnumque examen , opportu-  
niores habite fuit , tradimus  
obserandas .

Alias siquidem felicis recor-  
dationis Prædecessores Nostris ,  
primitus Benedictus PP. XIV.  
orientem tunc Congregatio-  
nem Clericorum Exalceato-  
rum Crucis , & Passionis Do-  
mini Nostris Iesu Christi valde  
proficiam futuram confidens ,  
ut ea regi posset , & coalesc-  
ret , quædam illius regulas , &  
ordinationes per suas in forma  
Brevis expeditas Litteras , sub-  
da-

( V )

datum diei XVIII. Aprilis  
MDCCXLVI. approbavit. Su-  
binde vero Clemens PP. XIV.  
cum novisset eamdem Congre-  
gationem , jam Professorum nu-  
mero auctam , uberes in agro  
Dominico virtutum , & Chri-  
stianæ pietatis fructus artulisse ,  
per similes suas etiam in for-  
ma Brevis die XV. Novembris  
MDCLXIX. concessas Litter-  
ras , Statuta, Regulas , & Con-  
stitutiones ejusdem Congrega-  
tionis , unacum nonnullis ad-  
ditionibus , & declarationibus  
confirmavit , & approbavit , at-  
que per alias Litteras Aposto-  
licas sub Plumbo, eodem anno  
Incarnationis Dominicæ Mil-  
lesimo Septingentesimo sexage-  
simo nono, sextodecimo Kalen-  
das Decembris , Pontificatus  
sui anno primo, expeditas, eam-  
dem Congregationem , & Per-  
sonas illi tunc adscriptas , ac-

## ( VI )

in posterum recipiendas , cuius  
Domibus eis concessis , & con-  
cedendis in futurum , sub spe-  
ciali sua , & Sedis Apostolicæ  
protectione recepit , & perpe-  
tuo constituit : atque Institutu-  
m laudans & approbans , il-  
lorum Corpus , & Societatem in  
unam Congregationem Cleri-  
corum Discalceatorum Sanctissi-  
mæ Crucis & Passionis Domini  
Nostri Jesu Christi nuncu-  
pandam , cuius Professores in  
quatuor votorum simplicium ,  
videlicet paupertatis , castitatis ,  
obedientiæ , ac promovendi in-  
ter Christifideles venerationem  
Sanctissimæ Crucis , & gratam  
memoriam Passionis ejusdem  
Domini Nostri Jesu Christi ob-  
servantia , Omnipotenti Deo ,  
Ecclesiæque utilitati assidue fa-  
mularentur , erexit , & instituit ,  
aliaque statuit , addidit , con-  
cessit , atque elargitus fuit , que  
ad

## ( VII )

ad ejusdem Congregationis firmitatem , regimen , & augmentum , & propagationem duxit impertienda .

Cumque Nobis , pro parte dilecti filii Pauli a Cruce Præpositi Generalis dictæ Congregationis , nuper expositum fuerit , juxta , tamen in præmissis Benedicti , quam in ambabus Clementis Prædecessoris Litteris datam facultatem , quod in generalibus ipsius Congregationis Comitiis regulæ ipsæ , & Constitutiones interpretari , & declarari possent ; siquæ autem in eis immutanda , reseenda , addendave , experientia suadente , viderentur , de his debita ad Apostolicam Sedem relatio fieri deberet ; in Generalibus Comitiis , quæ proxime præterito mense Majo in Domo Sanctorum Joannis , & Pauli de Urbe , eidem Congre-

( VIII )

gationi ab ipso Clemente Præ-  
decessore concessa ; celebrata  
fuere , ipsius Congregationis  
Professores , eodem Paulo Præ-  
side , nonnulla ab ipsis Regulis  
levioris momenti tollere , alia  
illis addere , quædam immuta-  
re , ac deinceps aliqua circa  
eisdem declarare unanimiter  
cogitaverint , atque iminutatio-  
nes hujusmodi , novâ peracta-  
Regularum collectione , propriis  
capitibus aptaverint : Ideo pro  
parte dicti Pauli integrum ne-  
gotium approbationis dictarum  
Regularum ad Nos fuit humili-  
ter delatum , atque una sup-  
plicatum , ut ipsius Congrega-  
tionis Instituto novam confir-  
mationem addere , illamque  
spiritualibus gratiis , quæ ad  
Apostolicum ministerium san-  
ctius exequendum Fidelium ani-  
mabus magis proficuæ forent ,  
cumularemus .

Prius-

## ( IX )

Priusquam tamen in hac  
re quidquam deliberaremus,  
quamvis, ut accepimus, be-  
nedicente Domino, Congréga-  
tio ipsa iam aucta sit, atque in  
dies illi sese addicant plures,  
qui propriæ, & aliorum saluti  
procurandæ sedulo vacare exo-  
ptant: nihilominus de summa  
religione, prudentia, & ani-  
mi perspicacia dilectorum filio-  
rum nostrorum Caroli Víctorii  
Amadei Tituli Sanctæ Praxedis  
a Lanceis nuncupati, & Fran-  
cisci Xaverii Tituli Sancti Mar-  
tini in Montibus de Zelada  
nuncupati, Sanctæ Romanæ Ec-  
clesia Presbyterorum Cardina-  
lium meritò confisi, illis earum-  
dem Regularum examen injun-  
ximus, eorumque votum ex-  
quisivimus: Cumque iidem post  
maturum, diuturnumque exa-  
men Regulas ipsas expenderint,  
& eorum syngraphâ Regulis ad-

a s jecta

jeſta, illas commendatione fue-  
rint prosequuti, Noſque enixe-  
rogaverint, ut Regulas & Con-  
ſtitutiones easdem ſuprema-  
Noſtra, qua polleimus, autho-  
ritate ita confirmare, & appro-  
bare, atque earum obſervan-  
tiam ſancire dignaremur, quod  
hæc Regularum, & Conſtitu-  
tionum collectio a cunctis ejus-  
dem Congregationis Aliiinis  
attendi, & obſervari debeat.

Nos itaque animo repu-  
tantes, quod Congregatio ip-  
ſa eo progreditur, & habe-  
bit fructum ſuum in ſanctifica-  
tionem Populorum, finemque  
vero vitam aeternam; quo im-  
penſius priſtinum ſervatura erit  
ſpiritus fervorem, ac illius  
Professores arctiorem amantes,  
ſervantesque paupertatem, Ora-  
tionibus, vigiliis, peniten-  
tiis, ac verbi Dei prædicatio-  
ne, propriam ſalutem, & Præ-  
vari-

## ( XI )

varicatorum conversionem, atque simul Domini Nostri Iesu Christi acerbissimæ Passionis recordationem omnium mentibus infigere erunt curaturi. Propterea piam hanc Institutionem, & Regulas ipsas auctoritatis nostræ vi, ut illæ exactius serventur, quam libenter munire studemus.

Dictum itaque Paulum a Crucce Præpositum Generalem, ejusque Congregationis, & Instituti Professores specialium Gratiarum favoribus prosequi, eorumque votis quantum in Dominio possimus annuere volentes, iporumque singulares Personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis, si quibus quomodolibet intendati existunt, ad effectum prælentium tantum consequen-

## ( XII )

etiam, harum serie absolventes,  
& absolutos fore censentes,  
supplicationibus eorum nomi-  
ne Nobis super hoc humiliter  
potrectis inclinati, ex certa  
scientia, deque Apostolicæ po-  
testatis plenitudine; in primis  
tamen Benedicti, quam utraque  
præfati Clementis Prædecessoris  
Litteras super erectione, & In-  
stitutione dictæ Congregationis,  
cum omnibus & singulis gratiis,  
facultatibus, privilegiis, con-  
cessionibus, & indulxit in eis  
contentis, & elargitis, perinde  
ac si integer, ac de verbo ad  
verbum illarum tenor præsen-  
tibus foret insertus, Apostoli-  
ca autoritate per ipsas præsen-  
tes Nostras Litteras confirma-  
mus, & approbamus, & qua-  
tenus opus esset, Litteras ipsas  
juxta integrum earum tenorem  
in perpetuum iisdem modo, &  
forma iterum concedimus, &  
impertimur.

Por-

## ( XIII )

Porro novam hanc Regulam,  
 rum , & Constitutionum col-  
 lectionem a prædictis Carolo  
 Victorio Amadeo , & Francisco  
 Xavertio Cardinalibus expensa-  
 rum , & laudatarum ; ita quod  
 illarum tenor una cum Decreto  
 approbationis eorumdem Caro-  
 li Victorii Amadei , & Franci-  
 sci Xavertii Cardinalium in ea-  
 rum fine , ac cum præsentibus  
 quoque nostris Litteris typis  
 fideliter imprimi , singulisque  
 fututis etiam dictæ Congrega-  
 tionis Professoribus significari  
 debeant , etiam perinde ac si ip-  
 sarum Regularum & Decreti  
 præfati integer tenor præsentis  
 esset insertus , eārumdem  
 tenore præsentium dicta Apo-  
 stolica Authoritate perpetuò  
 confirmamus , & approbamus ,  
 illisque Apostolicæ firmitatis  
 vim , & robur adiicimus ; om-  
 nesque , & singulos ejusque

COP.

## ( XIV )

Congregationis Professores ad plenam earum observantiam, sub multis, & poenit in eis inflictis teneri, & obligatos esse declaramus, ac etiam statuimus, & facimus.

Ut autem Fideles, qui ad Apostolicas Missiones ab ejusdem Congregationis Professoribus peragi solitas, vel ad spiritualia exercitia publice in Ecclesiis tradenda confluunt, vel in Domibus ipsius Congregationis, spiritualibus itidem Exercitiis per aliquot dies vacaturi, quandocumque fere recipient, Cœlestium Ecclesiæ thesaurorum participes siant, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christifidelibus, quoad intereflentes Missionibus, publicisque exercitiis etiam utriusque sexus,

quo

## ( XV )

quo verò ad Exercitia spiritua-  
lia in Domibus præmissis pera-  
gentes, virilis sexus tantum, in  
fine Missionum, ac Exercitio-  
rum spiritualium, si interea  
temporis verè penitentes, &  
confessi Sacrosanctum Euçhari-  
stiax Sacramentum sumperferint,  
quoties id egerint, plenariam  
omnium peccatorum Indulgen-  
tiā, & remissionē miseri-  
corditer in Domino, perpetuis  
futuris temporibus concedimus,  
& elarginur. Atque insuper  
ejusdem Congregationis Pro-  
fessoribus, qui Apostolicas Mis-  
siones pro tempore peregerint,  
concedimus, & indulgemus,  
quin imò præscribitus, & in-  
jungimus, ut ipsi postrema die  
Missionum hujusmodi, post-  
quam Dominicæ Passionis me-  
moriam assidue a Fidelibus  
colegendam quam enixè commen-  
daverint, cum Imagine Do-

ini-

## ( XVI )

mini Nostri Iesu Christi e Cru-  
ce pendentis , quam in Missio-  
nibus , ut moris est , gerunt ,  
supra Populum inibi congrega-  
tum Nostro & Romani Pontifi-  
cis pro tempore existentis nomi-  
ne , Benedictionem , velut Divine  
Misericordiae , & reconciliatio-  
nis pignus , impertiri possint : &  
debeant .

Demum , commendatio-  
ni , quam dictus Clemens Pre-  
decessor in Litteris secundo di-  
ctis non omisit , Nos quoque  
animo inharentes , Venerabiles  
Fratres Nostros Patriarchas ,  
Archiepiscopos , & Episcopos ,  
dilectosque filios Locorum Or-  
dinarios , in quorum Diœcesi-  
bus , & Territoriis Domus ,  
Recessus , & Hospitia dicto-  
rum Clericorum Exalceatorum  
erecta jam sunt , & benedicen-  
te Domino in posterum erigen-  
tur : nequon quibus iidem Cle-  
rici

## ( XVII )

Yici Discalceati de Superiorum  
suorum licentia præcipue ad  
Evangelica munera peragenda  
se exhibebunt, enixè in Do-  
mino iterum hortamer, ut illos  
recipiant, & ab aliis recipi fa-  
ciant, atque habeant eos pro  
Nostra, & Sedis Apostolicæ re-  
verentia plurimum commenda-  
tos: neconon ipsos ad annun-  
tiandum Verbum Dei, aliqua  
Ecclesiastica, & Sacra Ministe-  
ria eorum Regulis consentanea,  
exercenda adhibeant. Ipsis verò  
**Clericis dicitæ Congregationis**  
harum serie præcipimus, ut ipsi  
suscepitæ Institutionis memores,  
& eidem Patriarchis, Archie-  
piscopis, & Episcopis, ac Or-  
dinariis præfatis obsequentes in  
bonum Catholicæ Religionis,  
divini Cultus, animarumque  
salutis cooperentur, & la-  
borent.

Præsentes autem Litteras,  
& in

## ( XVIII )

& in eis contenta quæcumque  
semper , & perpetuo validas,  
firmas , & efficaces existere , &  
fore, suosque plenarios , & inte-  
gros effectus sortiri , & obtinere  
debere, ac nullo unquam tempo-  
re, ex quocumque capite, vel qua-  
libet causa, de subreptionis, vel  
obreptionis , aut nullitatis vel  
invaliditatis vicio , seu inten-  
tionis nostræ , vel quovis alio  
quantumvis magno substantia-  
li , inexcogitato & inexcogita-  
bili , ac specificam , & indivi-  
duam mentionem aut expressio-  
nem requirente defectu , vel ex  
quocumque alio capite ac jure,  
statuto , vel consuetudine ali-  
qui resultante , quantumvis ju-  
sta , quæ ad effectum validita-  
tis præmissorum necessario ex-  
primenda foret , notari , impu-  
gnari , invalidari , retractari ,  
in jus , vel controversiam revo-  
cari , aut ad terminos juris re-  
duci,

## ( XIX )

duci , vel adversus illas restitu-  
tionis in integrum, reductionis  
ad viam , & terminos juris, aut  
aliud quocumque juris, vel fa-  
eti , aut gratiæ remedium vel  
justiciæ impetrari posse : Neque  
ipsas præsentes sub quibusvis  
similium , vel dissimilium gra-  
tiarum aut dispositionum gene-  
ralibus revocationibus , suspen-  
sionibus , limitationibus, modi-  
ficationibus , derogationibus ,  
aliisque contrariis dispositioni-  
bus per Nos , & Successores  
Nostros Romanos Pontifices pro  
tempore existentes & Sede in  
Apostolicam præfatam etiam  
Motu proprio , ex certa scien-  
tia & potestatis plenitudine , ex  
quibusvis casibus pro tempore  
faciendis , comprehendendi , sed  
semper , & omnino ab illis ex-  
cipi : Regulasque præfatas sem-  
per vigentes integre observari  
debere : Sicque , & non aliter

in

( XX )

in præmissis omnibus & singulis  
& non alias per quoscumque  
Judices Ordinarios vel Delega-  
tos , etiam Causarum Palatii  
Apostolici Auditores , ac San-  
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-  
les etiam de Latere Legatos, aut  
Vice-Legatos dictæque Sedi  
Nuntios , aut alios quoscum-  
que, quavis authoritate , pote-  
state , prærogativa , & privile-  
gio fungentes , ac honore , &  
prærogativa fulgentes , sublata  
eis , & eorum cuilibet quavis  
aliter judicandi , & interpretandi  
facultate , & authoritate ; in quo-  
cumque Judicio , & quamcumque  
instantia judicari , & definiti de-  
bere : Etsi secus super his a quo-  
quam quavis authoritate scien-  
ter vel ignoranter contigerit at-  
tentari pari autoritate irritum  
& inane decernimus .

Non obstantibus , quatenus  
opus

## ( XXI )

opus sit , Nostris , & Cancella-  
riæ Apostolicæ Regulis de jure  
quæsito non tollendo , ac aliis  
in contrarium præmissorum  
quomodolibet editis specialibus  
vel generalibus Constitutioni-  
bus & Ordinationibus Aposto-  
licis : Privilegiis quoque in-  
dultis , & Litteris Apostolicis  
quibusvis Regularibus Ordini-  
bus , aliisque Congregationi-  
bus , illorumque , ac illarum  
Personis sub quibuscumque te-  
noribus & formis , ac quibusvis  
etiam derogatoriæ derogato-  
riis aliisque efficacioribus , &  
insolitis Clausulis , irritantib-  
usque , & aliis decretis , in ge-  
nere , vel in specie , etiam mo-  
tu proprio , aut alias quomodo-  
libet in contrarium præmisso-  
rum concessis approbatis , &  
innovatis : quibus omnibus , &  
singulis etiamb de illis , eorum-  
que

## ( XXII )

que totis tenoribus specialis  
specifica , & individua , ac di-  
verbo ad verbum , non autem  
per clausulas generales idem  
importantes mentio , seu qua-  
vis alia expressio habenda , au-  
quocumque alia exquisita form-  
ad hoc servanda foret, illorum  
tenores pro plene , & sufficien-  
ter , ac de verbo ad verbum  
præsentibus insertis , & expre-  
sis habentes, illis alias in suo ro-  
bore permutans, ad premisso-  
rum omnium effectum hac vice  
dumtaxat latissime & plenissi-  
me , ac specialiter & expresse  
harum serie derogamus , con-  
trariis quibuscumque .

Ut autem præsentes No-  
stræ Litteræ ad omnium noti-  
tiam facilius possint pervenire,  
volamus ut illarum exemplis  
etiam impressis manu alicujus  
Notarij Publici subscriptis &  
sigil-

( XXIII )

sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem proorsus fides in Judicio, & extra illud adhibetur, quæ ipsi s presentibus adhiberetur, si ipsæ præsentes originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum licet Paginam hanc Nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, concessionis, impertitionis, roboris, adiectionis, declarationis, Statuti, Sanctionis, clargitionis, indulxi, hortationis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam

## ( XXII )

que totis tenoribus specialis  
specifica , & individua , ac d  
vero ad verbum , non autem  
per clausulas generales idem  
importantes mentio , seu qua  
vis alia expressio habenda , ar  
quęcumque alia exquisita form  
ad hoc servanda foret , illorum  
tenores pro plene , & sufficien  
ter , ac de verbo ad verbum  
præsentibus insertis , & expre  
sis habentes illis alias in suo ro  
bore permanensuris , ad premisso  
rum omnium effectum hac vice  
dumtaxat latissime & plenissi  
me , ac specialiter & expresse  
harum serie derogamus , con  
trariis quibuscumque .

Ut autem præsentes No  
stræ Litteræ ad omnium noti  
tiam facilius possint pervenire ,  
volumus ut illarum exemplis  
etiam impressis manu alicujus  
Notarij Publici subscriptis &  
sigil-

( XXIII )

sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibetur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si ipsæ præfentes originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat Paginam hanc nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, concessionis, impertitionis, roboris, adiectionis, declarationis, Statuti, Sanctionis, clargitionis, indulxi, hortationis, Decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam

( XXIV )

Etiam Mariam Majorem Anno  
Incarnationis Dominicæ Millesimo  
Septingentesimo Septuagesimo  
quinto , Decimo septimo  
Kalendas Octobris , Pontifica-  
tus Nostri Anno Primo .

A. Card. Pro-Dat.

I. Card. de Comitibus.

V I S A

De Curia I. Manassei .


Loco  Plumbi .

L. Eugenius .

Registrata in Secret. Brevium.



67148





S. MAR  
LAL

A

